

quæ eis placent, et quæ in nobis invenire deléctat, ut est sobrietas, cástitas, paupértas voluntária, crebri in cœlum gémitus, et oratiónes cum lácrymis, et cordis intentióne. At tamen super ómnia hæc unitátem et pacem a nobis éxigunt Angeli pacis.

R. Expúgna Dómine impugnántes nos : * Et libera nos de inimicis nostris. **V.** Fiant viæ illórum ténebræ, et lubricum, et Angelus Dómini pésequens eos. — Et libera. Glória Patri. Et libera.

In III. Nocturno.

Añã. Immisit Angelus * Dómini in circúitu timéntium eum, et de multis tribulatióibus eripuit eos.

Psalm. 33. Benedicam Dóminum. ut **Feria ij. ad Matutinum.**

Añã. Adoráte Dóminum * omnes Angeli ejus, quóniam Dóminus custodivit ánimas servórum suórum et de manu peccatóris liberávit eos.

Psalm. 96. Dóminus regnávít, ut **Feria vj. ad Matutinum.**

Añã. Benedicite Dóminum * omnes Angeli ejus, et notas nobis fácite vias ejus.

Ps. 102. Bénedic ánima mea Dómino. ut **Sabbato ad Matutinum.**

V. Mitte Dómine Angelum tuum de cœlis. **R.** Qui custódiat et illúminet nos.

Homilia iij. Nocturni sumitur ex Breviario Romano sub die xxix. Sept.

R. vij. Dómine Deus omnipotens, ædificátor et custos Jerusalem civitátis supérnæ, mitte Angelum tuum, * Ut custódiat regnum et locum istum cum ómnibus habitatóribus suis. **V.** Convérte Dómine fáciem tuam super pópulum tuum, et visita nos per Angelum tuum. — Ut.

R. viij. Regnum et civitátem istam circúmda Dómine : * Et Angeli tui custódiant muros ejus : exáudi pópulum tuum cum misericórdia. **V.** Avertátur Dómine furor tuus ab hoc regno, et civitate tua. — Et. Glória Patri. Et.

Lectio ix. de S. Remigio Episc. Conf. ut in Brev.

AD LAUDES,

et per Horas, **Añã.**

1. Induit Angelus * princeps noster fortitúdinem, et præcínxit se virtúte, et firmávit civitátem nostram quæ non commovébitur ab inimicis nostris.

2. Jubiláte Deo * omnes cives ejus, quóniam Dóminus, qui fecit nos, ipse custódiat et liberábit nos.

3. Ad te Dómine * de luce vigilat Angelus princeps et custos noster, et super civitátem istam : ideo inimici nostri in vanum quæsiérunt expugnáre eam.

4. Benedicant Dóminum * omnes Angeli ejus, et repéllant a nobis omnes potestátes advérsas.

5. Laudáte Dóminum * omnes Angeli ejus, et alligáte inimicos nostros in compédibus, et omnes impugnántes nos in mánicis férreis.

Capitulum. 4. Reg. 19.

HÆC dicit Dóminus de rege Assyriórum : Non ingrediétur urbem hanc, nec mittet in eam sagittam, nec occupábit eam clypeus, nec circúmdabit eam munitio.

Hymnus.

Térne Rector síderum,
Qui, quidquid est, poténtia

Magna creásti, nec regis Minóre providéntia.

Adéstó supplicántium
Tibi reórum cœtui,
Lucisque sub crepúsculum
Lucem novam da méntibus.

Tuúsque nobis Angelus
Eléctus ad custódiám,
Hic adsit; a contágio
Ut críminum nos prótegat.

Nobis draconis æmuli
Versútiás extérminet;
Ne rete frauduléntiæ
Incáuta nectat pectora.
Metum repéllat hóstium
Nostris procul de finibus :
Pacem procúret civium,
Fugétque pestiléntiam.
Deo Patri sit glória,
Qui, quos redémit Fílius,
Et sanctus unxit Spíritus,
Per Angelos custódiat.

Amen.

V. Immíttet Angelus Dómini in circúitu timéntium eum. **R.** Et eripiet eos.

Ad Benedictus. Añã.
Benedictus Dóminus * qui per Angelum salútis visitávit plebem, et civitátem nostram, et liberávit eam de manu ómnium, qui odérunt nos, et diréxit pedes nostros in viam pacis.

Oratio.

Omnipotens sempitérne Deus, qui ineffábili providéntia unicuique regno singulárem Angelum ad custódiám deputásti : concéde quæsumus, ut Angeli regni nostri custódis précibus et patrocíniis ab ómnibus semper eruámur advérsis. Per Dóminum.

Commem. S. Remigii Episc. Conf.

AD TERTIAM.

Capit. Hæc dicit. supra.

R. br. Angelis suis Deus, * Mandavit de te. Angelis. **V.** Ut custodiant te in omnibus vis tuis. Mandavit. Glória Patri. Angelis.

V. Dirige nos Dómine per Angelum tuum. **R.** Quóniam tu es Salvátor noster.

AD SEXTAM.

Capitulum. 4. Reg. 19. **P**ER viam, qua venit, revertetur, et civitatem hanc non ingrediatur, dicit Dóminus : protegáque urbem hanc, et salvábo eam propter me, et propter David servum meum.

R. br. Dirige nos Dómine, * Per Angelum tuum. Dirige. **V.** Quóniam tu es Salvátor noster. Per. Glória. Dirige.

V. Mitte Dómine Angelum tuum de coelis. **R.** Qui custodiat et illuminet nos.

AD NONAM.

Capitulum. 4. Reg. 19. **F**Actum est igitur in nocte illa, venit Angelus Dómini, et percussit in castris Assyriorum centum octoginta quinque millia.

R. br. Mitte Dómine, * Angelum tuum de coelis. Mitte. **V.** Qui custodiat et illuminet nos. Angelum. Glória Patri. Mitte.

V. Immittet Angelus Dómini in circuitu timéntium eum. **R.** Et eripiet eos.

In ij. Vesp. omnia ut in j. cum Comm. de sequenti (ex Decreto d. 11. Aug. 1860 in Granaten.)

DIE II. OCTOBRISS. Angelorum Custodum.

Duplex majus.

Omnia ut in Breviario Romano, sine Commem. Octavæ.

DIE III. OCTOBRISS.

Die iij. infra Octavam S. Angeli

Custodis Regni. Semiduplex.

Omnia ut in die præter sequentia.

In j. Nocturno, Lectiones de Scriptura occurrente.

In ij. et iij. Nocturno, Lectiones ut in Feria iij. infra Octavam S. Angeli Custodis, in fine Breviarii, cum **R.R.** ut supra die j. Octobris.

DIE V. OCTOBRISS.

S. Froylani

Episcopi et Conf. Patroni Ecclesiæ et Dioc. Legionensis. Duplex.

In Ecclesia autem Cathedrali, Duplex ij. classis.

Omnia de Comm. Conf. Pont. præter sequentia.

Oratio.

DEus, qui beatum Froylanum monastici instituti propagandi studio decorasti, et ex eremo ad episcopale munus coelesti indicio vocatum miraculis clarum fecisti : concede propitius, ut cujus patrocinio gloriamur, ejus instruamur exemplis. Per Dóminum.

Comm. præced., Octavæ et SS. Placidi et soc. Mart., sed non in Cathedrali.

In j. Nocturno, Lectiones de Scriptura occurrente. In Eccl. autem Cathedrali. Lectiones. Fidelis sermo. de Communi.

In II. Nocturno.

LECTIO IV.



Roylanus Lucæ, quæ regni Gallæciæ nobilis est civitas, piis æque ac nobilibus paréntibus décimo nostræ redemptionis sæculo natus, a prima ætate futuræ sanctitatis speculo natus, a prima matris opera educatus, adhuc adolescens mundi illecebris contemptis, majorisque perfectionis desiderio illæctus, vix octódecim annos natus, monasticam vitam professus est. Quare primum in quendam diocesis Legionensis ab-

ditiorem locum sese recipiens, deinde ad Sutrini montis radices ædiculam sibi exstruens, ibique orationi, jejuniis, jugique corporis castigationi vacans, in coelestium contemplatione rerum dies noctesque suavissime præteribat. Brevi tanta ejus sanctitatis fama percurrebuit, ut multis ad eum concurrentibus, sub régula sancti Benedicti monasterium ædificare compulsus fuerit. Quos inter discipulos Attilanum monasterii a se ædificati Priorem instituit, qui postea Zamorensis factus Episcopus, eam diocesim sanctissime gubernavit; eumque post mortem Urbánus secundus in Sanctorum numerum retulit.

R. Inveni David.

LECTIO V.

NEC mirum, Froylani sanctitatem ab omnibus agnosci, et ubique prædicari, quam vel bruta animalia quodammodo persensisse videbantur. Sævum siquidem lupum, multis spectantibus, coegisse, fertur juménti loco substitui, ut libros prædicationi necessarios deferret, sicque penas lueret, quod asellum, eidem serviéntem ministé-

rio, ferox dilaniasset. Idcirco Ramirus tertius, qui difficillimis iis temporibus Legionense regnum administrabat, res suas pene excisas agnoscens, Froylanum accersit, eique ingentem vim pecuniarum elargitus, potestatem dedit erigendi ubicumque vellet monasteria in suo regno, ut inde monachi pro ejusdem regni liberatione ab armis Saracenorum ferventes ad Deum preces effunderent. Tot tantisque opibus tam pie oblatis, Froylanus Tabarense monasterium aedificavit, aliisque permultis circa Aestolae fluvium instauratis, demum celebre illud apud Morerolam excitavit: ubi ducentis circiter monachis congregatis ipse praefuit, piisque Ramiri regis desiderium explavit.

R. Posui.

LECTIO VI.

Veremundo secundo regnante, qui Ramiro tertio successerat, Froylanus ex monacho, renuens licet et invitus, Legionensis Episcopus renuntiatus, dum consecraretur, sub columbae e caelo venientis specie Spiritum sanctum accipere visus est. Postquam au-

tem sexdecim circiter annis concreditas sibi oves praedicatione et exemplo sanctissime gubernasset, praenuntiatio sui obitus die, ad coelestem patriam, quinto Nonas Octobris, anno sexto post millesimum evolavit. Multae ejus sacri corporis translationes ob temporum difficultatem fieri debuerunt: quarum postruma cum a Morerolae cenobio maxima ejusdem sacri corporis pars ad Legionensem ecclesiam, cui praefuerat, transferratur, insigni fuit miraculo illustrata: nam per totam viam homines, animantes, ipsaeque arbores melio liquore maduerunt. Itaque tam in Morerolae monasterio, quam in Legionensi ecclesia usque ad nostram aetatem magna cum veneratione dictum sacrum corpus sic divisum colitur: Ecclesia vero Legionensis tantum Pastorem, a quo innumera accepit beneficia, ut praecipuum patronum veneratur. **R.** Iste est.

In iij. Nocturno, Homil. de Communi j. loco.

Lectio ix. de SS. Mart.

In Laud. Commem. Octavae et SS. Mart.

Vesp. a Capit. de seq. Comm. praeced. et Oct.

DIE VII. OCTOBRIS.

**Die vij. infra Octavam
S. Angeli
Custodis Regni.**

Semiduplex.

**In j. Nocturno, Lectiones
de Scriptura occurrente.**

In II. Nocturno.

**De Sermone sancti
Gregorii Papae.**

Lectio iv.

Fertur vero Dionysius Areopagita, antiquus videlicet et venerabilis Pater, dicere, quod ex minorum Angelorum agminibus foras ad explendum ministerium, vel visibiliter, vel invisibiliter mittuntur, scilicet quia ad humana solatia, aut Angeli, aut Archangeli veniunt. Nam superiora illa agmina ab intimis nunquam recedunt, quoniam ea, quae praecipuum ministerium nequam habent. Huic autem sensui et illud creditur non inconvenienter opitulari quod per Daniélem dicitur: Millia millium ministrabant ei, et decies millies centena millia assistebant ei.

R. Misit Dominus Angelum suum, et conclusit ora leonum; * Et non nocuerunt mihi. **V.** Misit Dominus misericordiam

suam, et fortitudinem suam: animam meam liberavit de medio catulorum leonum. — Et.

Lectio v.

Aliud namque est ministrare, aliud assistere: quia hi administrant Deo, qui ad nos nuntiando exeunt: assistunt vero, qui sic contemplatione intima perfruuntur, ut ad explenda foras opera minime mittantur. Sed hoc quoque de ipsis agminibus, quae mittuntur, certum tenemus: quia et cum ad nos veniunt, sic exterius implent ministerium, ut tamen nunquam desint interius per contemplationem. Et mittuntur igitur, et assistunt: quia etsi circumscriptus est angelicus spiritus; summus tamen spiritus ipse, qui Deus est, circumscriptus non est. Angeli itaque et missi, et ante ipsum sunt: quia quolibet missi veniant, intra ipsum currunt.

R. Muro tuo inexpugnabili circumcinge nos Domine, * Et armis tuae potentiae protege nos. **V.** Emitte Domine Angelum tuum, qui custodiat nos in omnibus viis nostris. — Et.

Lectio vij.

Sciendum quoque est, quia plerumque ipsi beatorum spirituum ordi-

ne vicinorum sibi ordinum vocabula sortiuntur. Sed idcirco uno eodemque vocabulo communiter non censentur, ut ille ordo vocari privato uniuscujusque rei nomine debeat, qui hanc in munere plenius accepit. Seraphim namque incendium diximus, et tamen amore Conditoris simul omnes ardent. Cherubim vero plenitudinem scientiae dicimus, et tamen quis ibi aliquid nesciat, ubi ipsum omnes simul fontem scientiae Deum vident? Quae ergo ex parte ab omnibus habentur, eis in privato nomine data sunt, qui haec in munere plenius accipiunt.

R. Expugna.

In III. Nocturno.

Lectio sancti Evangelii secundum Matthaeum.

Lectio vij. Cap. 18.

In illo tempore: Accesserunt discipuli ad Jesum dicentes: Quis, putas, major est in regno caelorum? Et reliqua.

Homilia sancti Bernardi Abbatis. Serm. 2. in Festo S. Michaelis.



Udistis, fratres, evangelicam lectionem adversus eos, qui pusillos scandalizant, satis terribiliter intonantem. Nemini blandi-

tur veritas, neminem palpat, nullum seducit, aperte denuntians, quoniam vae homini illi, per quem scandalum venit. Perire siquidem necesse est hominem, qui caritatem non habet, etiam si tradiderit corpus suum ita ut ardeat. Et hoc dixerim, fratres, ut in ea caritate, et unanimitate, et pace, in qua statis in Domino, solliciti sitis perseverare, et abundare magis. Quae est enim spes nostra, et gaudium nostrum, et corona gloriae? nonne unitas et unanimitas vestra?

R. Domine Deus omnipotens, aedificator et custos Jerusalem civitatis supernae, mitte Angelum tuum, * Ut custodiat regnum et locum istum cum omnibus habitatoribus suis. **V.** Converterte Domine faciem tuam super populum tuum, et visita nos per Angelum tuum. — Ut.

Lectio viij.

In hoc enim cogoscunt omnes, etiam Angeli sancti, quod Christi estis discipuli, si dilectionem habueritis ad invicem. Numquid enim Christi gratia diligemur ab Angelis, si de mutuae dilectionis inopia cognoverint, nequaquam ejus nos esse discipulos? Numquid

diligemur ab eis propter nos ipsos, id est spirituallis naturae similitudine, se invenimur non diligere humanae naturae nostrae consortes? Denique numquid Angeli diligunt nos propter seipsos, et futuram de nobis civitatis suae restorationem, si (quod absit) unum, quo solo uniri, et coaedificari eis possumus, defuerit glutinum caritatis?

R. Regnum et civitatem istam circumda Domine: * Et Angeli tui custodiant muros ejus: exaudi populum tuum cum misericordia. **V.** Avertatur Domine furor tuus ab hoc regno, et civitate tua. — Et Angeli. Gloria Patri. Et Angeli.

Lectio ix. S. Marci Papae et Conf. ut in Brev.

DIE VIII. OCTOBRIS.

Octava

S. Angeli

Custodis Regni.

Duplex.

Omnia ut in die.

Inj. Nocturno, Lectiones de Scriptura occurrente.

In ij. ac iij. Noct. leguntur Lect. de iij. vel vij. die infra Octavam si fuerint omissae cum **R.R.** ut supra die j. Octobris; alias dicuntur ut in die Festi.

DIE X. OCTOBRIS.

S. Francisci Borgiae Confessoris.

Duplex ij. classis.

Omnia ut in Breviario Romano sub hac die praeter Lect. j. Noct. quae sunt. Beatus vir. de Comuni Conf. non Pontif. ij. loco.

In ij. Vesp. fit Commem. S. Ludovici Conf.

DIE X. OCTOBRIS.

VEL ALIA DIE.

S. Ludovici

Bertrandi

Confessoris. Duplex.

Omnia ut in fine Brev. eadem die.

DIE XII. OCTOBRIS.

In Commemoratione

B. Mariae Virginis de Columna.

Dupl. j. classis cum Oct.

IN I. VESPERIS.

Añae et Capitulum de Laud. Psalmi et Hymnus ut in Festis B. M. V.

V. Ora pro nobis sancta Maria advocata nostra. **R.** Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

Ad Magnificat, Añae. Elégi et sanctificavi locum istum praesentia mea, ut sit ibi nomen meum, et permaneant oculi mei et cor meum ibi cunctis diebus.

Oratio ut ad Laudes.

AD MATUTINUM.

Invitat. Sanctam festivitatem beatae Mariae Virginis cum gaudio celebramus : * Christum ejus Filium adoramus Dominum. **Ps.** Venite.

Hymnus.

Jubilo dulci canimus Mariam,
Flumen aeternae pietatis,
unde

Hauriunt omnes, quibus ardet alto

Pectore virtus.

Cujus est primo fidei sub ortu

Noster expertus populus favorem,

Cum per Hispanas micisset oras

Stemma salutis.

Longa quod plausu cecinit vetustas,

Quod patres olim coluere festum,

Prædicent sancte celebrantque grata

Mente nepotes.

Fertur ut quondam monitus Jacobus

Caesaraugustae posuisse templum,

Nostra sic aedes nitidas Mariae

Contra dicemus.

Virginis laudes celebrans Iberus

Civis exsultet, memor et receptae

Gratiae, festo redeunte, vota debita solvat.

Sit decus, summum tibi, Christe, Mater

Pura quem Virgo generavit, aequa

Laude dicatur Pater, ac perenni

Spiritus aeo. Amen.

In I. Nocturno.

Añã. Columnam ducem habuimus ignotae viae, et solem sine laesura boni hospitii praestitisti.

Psalmi trium Nocturnorum ut in Festis B. M. V.

Añã. Non fecit taliter, * omni nationi, et iudicia sua non manifestavit eis.

Añã. Sapientia * aedificavit sibi domum, et mensam suam proposuit.

V. Specie tua et pulchritudine tua. **R.** Intende, prospere procede, et regna.

Lectiones. Ego sapientia. ut in Festis B. M. V.

R. j. Vidi speciosam sicut columbam ascendentem desuper rivos aquarum, cujus inestimabilis odor erat nimis in vestimentis ejus : * Et sicut dies verbi circumdabant eam flores rosarum, et lilia convallium.

V. Quae est ista quae ascendit per desertum, sicut virgula fumi, ex aromatibus myrrhae et thuris? — Et.

R. ij. Beatissima Virgo sancto Jacobo Apostolo,

ad Iberi fluminis ripam oranti apparuit : * Ibi que ut sacellum extrueret, eidem injunxit. **V.** Ecce locus signatus, et honori Deiparae deputatus. — Ibi que.

R. iij. Jacobus Apostolus aediculam extruxit : * Quae antiqua populorum religione et maxima frequentia celebratur.

V. Auribus nostris audivimus : patres nostri annuntiaverunt nobis. — Quae. **Gloria Patri.** Quae.

In II. Nocturno.

Añã. Tulit Jacob * lapidem unum, et vocavit nomen loci illius : Lapis adjutorii.

Añã. Fundamenta ejus * in montibus sanctis, diligit Dominus portas Sion super omnia tabernacula Jacob.

Añã. Ecce ego * mittam in fundamentis Sion lapidem probatum, angularem, pretiosum.

V. Adjuvabit eam Deus vultu suo. **R.** Deus in medio ejus, non commovebitur.

Sermo sancti Augustini Episcopi.

LECTIO IV.

Serm. 18. de Sanctis.

Adest nobis, dilectissimi, optatus dies commemorationis beatae ac venerabilis

semper Virginis Mariae. Ideo cum summa exultatione gaudeat terra nostra, tantae Virginis illustrata solemnitate. Haec est enim flos campi, de qua ortum est pretiosum liliam convallium, per cujus partum mutatur natura protoplastorum, delitur et culpa. Praecisum est in ea illud Hevae infelicitatis elogium, quo dicitur : In dolore paries filios tuos : quia ista in laetitia Dominum peperit. Heva enim luxit, ista exultavit. Heva lacrymas, Maria gaudium in ventre portavit : quia illa peccatorem, ista edidit innocentem.

R. Haec est domus Domini firmiter aedificata, Ecclesia Dei vivi : * Columna fidei et firmamentum veritatis. **V.** Vere non est hic aliud nisi domus Dei, et porta caeli. — Columna.

LECTIO V.

O Beata Mater, quis tibi digna valeat jura gratiarum, ac laudum praeconia rependere, quae singulari tuo assensu mundo succurristi perditio? Accipe itaque quascumque exsiles, quascumque meritis tuis impares gratiarum actiones : et cum susceperis vota, cul-

pas nostras orando excúsa. Admitte nostras preces intra sacrarium exauditiónis, et repórta nobis antidotum reconciliatiónis. Accipe quod offerimus, redóna quod rogámus, excúsa quod timémus : quia tu es spes única peccatórum. Per te sperámus véniam delictórum, et in te, beatíssima, nostrórum est expectatió præmiórum.

R. Ad simulácrum Virginis pilæ e mármore superstans pie venerándum pópuli de longínquo véniunt : * Vota sua húmili corde offerunt, et úberes grátias a Deo impetrant. **V.** Leva in circúitu óculos tuos et vide : omnes isti congregáti sunt, venérunt tibi. — Vota.

Lectio vij.

ET profecto sperándum nobis, ac præcipue lætándum est, quibus insigni beneficio peculiárem súimet obtinéndi patrocínii fidúciam clementíssima Virgo concéssit. Ut enim pia et antiqua traditio habet, cum Jacobus Apóstolus, Major nuncupátus, divínio consilio in Hispaniam appulisset, et aliquámdiu Cæsaraugústæ substitisset, ipsi cum áliquot discipulis noctu ad Ibéri

flúminis ripam oránti beáta Virgo, dum adhuc in humánis ágeret, apparuit, ibique ut sacellum exstrúeret, eidem iúnxit. Quare nihil cunctátus Apóstolus, discipulis opem feréntibus, ædiculam Deo in ipsius Virginis honórem dicávit. Huic autem procedéntibus sæculis ámplius et augústius templum accessit, quod a simulácro Deiparæ, pilæ e mármore superstánte, atque ibidem máxima totius regni pietáte ac frequentia veneráto, a Colúmnna olim accéptum nomen hisce quoque temporibus rétinet. Utque débitus Deo cultus ac fervens jam erga Virginem populórum devótió ubérius in dies incrementum accipiat, Clemens duodécimus Póntifex máximus per univérsas regi cathólico subjéctas ditiónes ejúsdem Commemoratiónis Officium die duodécima Octóbris celebrári indúlsit. Póstea vero summus Póntifex Pius séptimus hanc festivitátem ad ritum primæ classis cum Octáva elevávit, Officiúmque próprium in ea recitári posse concéssit, sed pro toto regno Aragóniæ tantum, ac novissime Pius nonus Póntifex

máximus cleméter deférens férvidis votis quamplúrium Antístitum Hispaniæ ditiónis, qui anno millésimo octingentésimo sexagésimo secúndo Romæ morabántur occasiône solémnis canonizatiónis sanctórum Mátyrum Japonénsium, et sancti Michaélis de Sanctis Confessóris, indúlsit ut idem Officium cum Missa Deiparæ ab ómnibus in tota Hispania ad Horas canónicas recitandas astríctis persolverétur.

R. Vox túrturis audíta est in terra nostra : signum magnum apparuit in cælo : * Múlier amícta sole, et luna sub pédibus ejus. **V.** Et in cápite ejus coróna duódecim stellárum. — Múlier. Glória Patri. Múlier.

In III. Nocturno.

Añá. Dedit nobis * Dóminus civitátem munitam, et colúmnam férream.

Añá. Dum anxiarétur * cor nostrum, in petra exaltásti nos.

Añá. En ego stabo * ibi coram te super petram, et exhibit ex ea aqua, ut bibat pópulus meus.

V. Elégit eam Deus, et præelégit eam. **R.** In tabernáculo suo habitáre facit eam.

Homilia. Magnæ devotiónis. **ut in Festis B. Mariæ Virginis.**

R. vij. Insigni beneficio peculiárem sui obtinéndi patrocínii fidúciam clementíssima Virgo nobis concéssit : * Quæ hunc locum elégit, in quo preces úndique confluéntium benigne exciperet. **V.** Filii tui de longé venient, et filiæ tuæ de latere surgent. — Quæ hunc.

R. viij. Tu glória Jérusalem, tu lætítia Israel : * Tu honorificéntia pópuli nostri. **V.** Cum summa exsultatióne gaudeat terra nostra tantæ Virginis illustráta visitatióne. — Tu. Glória Patri. Tu.

AD LAUDES,

et per Horas, Añæ.

1. Sapiéntia ædificávit * sibi domum, et propósuit mensam suam.

2. In altíssimis * habitávi, et thronus meus in colúmná nubis.

3. Eréxit Jacob * lapidem in titulum : Vere locus iste sanctus est, et ego nesciábam.

4. Fundáta est * domus Dómini secus decúrsus aquárum, et flúmina non óbruent illam.

5. Fundábo te * in saphiris, ponam jáspidem propugnácula tua.

Capitulum. Eccli. 24.
IN omnibus requiem
 quæsi, et in hereditate
 Dómini morabor : et
 dixit mihi Creátor óm-
 nium : In Jacob inhábita,
 et in Israel hereditare,
 et in electis meis mitte
 radices.

Hymnus.

GRata Virgini Mariæ,
 Præsidi dulcissimæ,
 Gaudeat sublimè donum
 Cóncincns Hispánia,
 Occupet nec ulla mentes
 Impudens obliuio.

Virgo stans super colúm-
 nam
 Fulget æde máxima,
 Excubantes hinc et inde
 Lámpades pulcherrimæ,
 Nocte certatim dièque
 Dulce lumen offerunt.

Quæ patres cœpere primi
 Tecta cultu simplici,
 Pósteri majore sumptu
 Promoventes exstruunt;
 Prisca paupertas placébat,
 Nec novus mos displicet.
 Nempe devotas ad aras
 Súpplikes se cónferunt,
 E remotis dona terris
 Consecrantur ædibus,
 Spargit unde Virgo cle-
 mens,

Grátias ubérrimas.
 Sit tibi virtus decusque,
 Christe nate Virgine,
 Sit Patri laus, et datóri
 Gratiárum Flámini,
 Una júgiter canátur
 In tribus divinitas. Amen.

V. Ora pro nobis sancta
 Mariá advocata nostra.
R. Ut digni efficiámur
 promissionibus Christi.

Ad Benedictus, Aña.
 Sanctificávit * Dóminus
 tabernáculum suum : be-
 nedicta glória Deiparæ
 de loco sancto suo.

Oratio.

OMnipotens sempitér-
 ne Deus, qui per
 gloriosissimam Filii tui
 Matrem cœlestè præsi-
 dium nobis mirabiliter
 præparásti : concède propi-
 tius, ut quam peculiári
 título de Colúmna pia de-
 votióne venerámur, ejus
 perpétuo protegámur au-
 xilio. Per eúmdem Dó-
 minum.

AD TERTIAM.

Capit. In omnibus. ut
 supra.

R. br. Spécie tua, * Et
 pulchritúdine tua. Spécie.
V. Inténde, prospere pro-
 cède, et regna. Et pul-
 chritúdine. Glória. Spécie.

V. Adjuvabit eam Deus
 vultu suo. **R.** Deus in
 médio ejus, non commo-
 vébitur.

AD SEXTAM.

Capitulum. Eccli. 24. b
ET sic in Sion firmata
 sum, et in civitate
 sanctificata similiter re-
 quiévi, et in Jerusalem
 potestas mea. Et radicavi
 in populo honorificato, et

in parte Dei mei hereditas
 illius, et in plenitudine
 Sanctorum detentio mea.

R. br. Adjuvabit eam,
 * Deus, vultu suo. Adju-
 vabit. **V.** Deus in médio
 ejus, non commovébitur.
 Deus. Glória. Adjuvabit.

V. Elégit eam Deus, et
 prælégit eam. **R.** In ta-
 bernáculo suo habitare
 facit eam.

AD NONAM.

Capitulum. Eccli. 24. b

IN platéis sicut cinna-
 momum, et bálsa-
 mum aromatizans odó-
 rem dedi : quasi myrrha
 electa dedi suavitatem
 odóris.

R. br. Elégit eam Deus,
 * Et prælégit eam. Elé-
 git. **V.** In tabernáculo
 suo habitare facit eam.
 Et prælégit. Glória Pa-
 tri. Elégit.

V. Diffusa est grátia in
 lábiis tuis. **R.** Propterea
 benedixit te Deus in ætér-
 num.

IN II. VESPERIS.

Omnia ut in primis.

V. Ora pro nobis sancta
 Mariá advocata nostra.
R. Ut digni efficiámur
 promissionibus Christi.

Ad Magnificat, Aña.
 Respice de cœlo, * et vi-
 de, et visita vineam istam
 quam plantavit dextera
 tua, et perfice eam.

Commem. sequentis.

DIE XV. OCTOBRIS.

S. TERESIAE

Virginis.

Duplex ij. classis in Hisp.
(Juxta Decr. 21 Julii 1870.)

IN I. VESPERIS.

Aña. 1. Zelo zelata sum
 pro honore sponsi mei
 Jesu Christi, qui dixit
 mihi : ut vera sponsa
 meam zelabis honorem.

Psalmi de Communi Vir-
ginum.

2. Vulnerasti cor meum
 Dómine, ardenti cúspide
 caritatis tuæ.

3. Clavo dexteræ tuæ
 subarrasti me Dómine :
 et tamquam sponsam de-
 corasti me coróna.

4. Fulcite me floribus,
 stipate me malis ; quia
 amore lángueo.

5. Mihi absit gloriári,
 nisi in cruce Dómini no-
 stri Jesu Christi, per quem
 mihi mundus crucifixus
 est, et ego mundo.

Capitulum. Sap. 7.

PTávi, et datus est
 mihi sensus : et
 invocavi, et venit
 in me spíritus sapién-
 tiæ : et præpósui illam
 regnis et sédibus, et divi-
 tias nihil esse duxi in com-
 paratione illius.

Hymnus.

REgis supérni nuntia
 Domum patérnam
 deseris,

Terris Terésa bárbaris

Christum datūra, aut sān-
guinem.

Sed te manet suāvior
Mors, pœna poscit dūl-
cior :

Divini amoris cuspide
In vulnus icta concides.

O caritatis victima!
Tu corda nostra concre-
ma,

Tibique gentes crēditas
Averni ab igne libera.

Sit laus Patri cum Filio,
Et Spiritu Parāclito,

Tibique sancta Trīnitas,
Nunc et per omne sæcu-
lum. Amen.

¶ Obliviscere pōpulum
tuum, et domum patris
tui. **R.** Et concupiscet
Rex decōrem tuum.

Ad Magnificat, Añā.
Quæsivi in sponsam mihi
eam assūmere. Doctrix
enim est disciplinæ Dei,
et eléctrix operum illius.

Oratio.

EXaudi nos Deus sa-
lutaris noster : ut
sicut de beatæ Teresīæ
Virginis tuæ festivitāte
gaudēmus; ita cœlestis
ejus doctrinæ pábulo nu-
triāmur, et piæ devotiō-
nis erudiāmur affēctū. Per
Dōminum.

Commem. præcedentis.
AD MATUTINUM.

Invitat. Regem Virgi-
num Dōminum, * Venite
adorēmus.

Ps. Venite.

Hymnus.

HÆC est dies, qua
cāndidæ

Instar colūmbæ, Cœlitum
Ad sacra templa spiritus

Se trāstulit Teresīæ.
Sponsique voces audiit :

Veni soror de vērtice
Carméli ad Agni nūptias :

Veni ad corōnam glōriæ.
Te sponse Jesu Virgi-
num

Beāti adōrent ordines,
Et nūptiāli cāntico

Laudent per omne sæcu-
lum. Amen.

In I. Nocturno.

Añā. Quæ est ista, quæ
ascēdit per desértum,
sicut vírgula fumi, ex
aromatibus myrrhæ et
thuris?

**Psalmi de Comuni
Virginum.**

Añā. En dilēctus meus
lóquitur mihi : surge, pró-
pera amica mea, columba
mea, et veni.

Añā. Revētere, revér-
tere Sunamitis : revérte-
re, revētere ut intueāmur
te.

¶ Fiat cor meum imma-
culátum in justificatiōni-
bus tuis. **R.** Ut non con-
fundar.

De libro Sapientię.

Lectio j. Cap. 7. et 8.

Ptavi, et datus est
mihi sensus : et
invocavi, et venit
in me spiritus sapiētiæ :

et præpósui illam regnis
et sédibus, et divitias nihil
esse duxi in comparatiō-
ne illius. Nec comparavi
illi lapidem pretiōsum :

quóniam omne aurum in
comparatiōne illius, aré-
na est exigua, et tam-
quam lutum æstimābitur

argéntum in conspēctu
illius. Super salutem et
spéciem dilēxi illam, et
propósui pro luce habere
illam : quóniam inextin-
guibile est lumen illius.

Venērunt autem mihi
omnia bona páriter cum
illa, et innumerābilis ho-
nēstas per manus illius,
et lætata sum in omni-
bus : quóniam antecede-
bat me ista sapiētia, et
ignorābam quóniam ho-
rum omnium mater est.

Quam sine fictiōne didici
et sine invidia communi-
co, et honestātem illius
non abscondo. Infinitus
enim thesaurus est homi-
nibus : quo qui usi sunt,
participes facti sunt ami-
ciatē Dei, propter disci-
plinæ dona commendati.

R. Habitabit in solitū-
dine iudiciū, et justitia
in Carmelo sedēbit. Et
erit opus justitiæ, pax,

* Et cultus justitiæ silen-
tium, et securitas usque
in sempiternum. ¶ Et
sedēbit pōpulus meus in
tabernaculis fiduciæ. —
Et cultus.

Lectio ij.

OMnium enim artifex
est enim in illa spiritus
intelligentiæ, sanctus,
únicus, múltiplex, súbtillis,
disértus, móbilis, incoin-
quinátus, certus, suāvis,
amans bonum, acutus,
quem nihil vetat, bene-
ficiens, humanus, bené-
gnus, stābilis, certus, se-
cūrus, omnem habens
virtutem, omnia prospici-
ens, et qui cāpiat om-
nes spiritus, intelligibilis,
mundus, súbtillis. Omni-
bus enim móbilibus mobi-
lior est sapiētia : attingit
autem ubique propter
suam munditiam. Vapor
est enim virtutis Dei, et
emanatio quædam est
claritatis omnipotentis
Dei sincera : et ideo nihil
inquinatum in eam in-
currat. Candor est enim
lucis æternæ, et spēcu-
lum sine mácula Dei ma-
jestatis, et imago bonitatis
illius, et cum sit una, om-
nia potest : et in se pér-
manens, omnia innovat,
et per nationes in animas
sanctas se transfert ami-
cos Dei et prophetas con-
stituit.

R. Diffusa est grātia in
lābiis tuis : * Propterea
benedixit te Deus in æter-

tabernaculis fiduciæ. —
Et cultus.

Lectio ij.

OMnium enim artifex
est enim in illa spiritus
intelligentiæ, sanctus,
únicus, múltiplex, súbtillis,
disértus, móbilis, incoin-
quinátus, certus, suāvis,
amans bonum, acutus,
quem nihil vetat, bene-
ficiens, humanus, bené-
gnus, stābilis, certus, se-
cūrus, omnem habens
virtutem, omnia prospici-
ens, et qui cāpiat om-
nes spiritus, intelligibilis,
mundus, súbtillis. Omni-
bus enim móbilibus mobi-
lior est sapiētia : attingit
autem ubique propter
suam munditiam. Vapor
est enim virtutis Dei, et
emanatio quædam est
claritatis omnipotentis
Dei sincera : et ideo nihil
inquinatum in eam in-
currat. Candor est enim
lucis æternæ, et spēcu-
lum sine mácula Dei ma-
jestatis, et imago bonitatis
illius, et cum sit una, om-
nia potest : et in se pér-
manens, omnia innovat,
et per nationes in animas
sanctas se transfert ami-
cos Dei et prophetas con-
stituit.

R. Diffusa est grātia in
lābiis tuis : * Propterea
benedixit te Deus in æter-

tabernaculis fiduciæ. —
Et cultus.

Lectio ij.

OMnium enim artifex
est enim in illa spiritus
intelligentiæ, sanctus,
únicus, múltiplex, súbtillis,
disértus, móbilis, incoin-
quinátus, certus, suāvis,
amans bonum, acutus,
quem nihil vetat, bene-
ficiens, humanus, bené-
gnus, stābilis, certus, se-
cūrus, omnem habens
virtutem, omnia prospici-
ens, et qui cāpiat om-
nes spiritus, intelligibilis,
mundus, súbtillis. Omni-
bus enim móbilibus mobi-
lior est sapiētia : attingit
autem ubique propter
suam munditiam. Vapor
est enim virtutis Dei, et
emanatio quædam est
claritatis omnipotentis
Dei sincera : et ideo nihil
inquinatum in eam in-
currat. Candor est enim
lucis æternæ, et spēcu-
lum sine mácula Dei ma-
jestatis, et imago bonitatis
illius, et cum sit una, om-
nia potest : et in se pér-
manens, omnia innovat,
et per nationes in animas
sanctas se transfert ami-
cos Dei et prophetas con-
stituit.

R. Diffusa est grātia in
lābiis tuis : * Propterea
benedixit te Deus in æter-

tabernaculis fiduciæ. —
Et cultus.

Lectio ij.

OMnium enim artifex
est enim in illa spiritus
intelligentiæ, sanctus,
únicus, múltiplex, súbtillis,
disértus, móbilis, incoin-
quinátus, certus, suāvis,
amans bonum, acutus,
quem nihil vetat, bene-
ficiens, humanus, bené-
gnus, stābilis, certus, se-
cūrus, omnem habens
virtutem, omnia prospici-
ens, et qui cāpiat om-
nes spiritus, intelligibilis,
mundus, súbtillis. Omni-
bus enim móbilibus mobi-
lior est sapiētia : attingit
autem ubique propter
suam munditiam. Vapor
est enim virtutis Dei, et
emanatio quædam est
claritatis omnipotentis
Dei sincera : et ideo nihil
inquinatum in eam in-
currat. Candor est enim
lucis æternæ, et spēcu-
lum sine mácula Dei ma-
jestatis, et imago bonitatis
illius, et cum sit una, om-
nia potest : et in se pér-
manens, omnia innovat,
et per nationes in animas
sanctas se transfert ami-
cos Dei et prophetas con-
stituit.

R. Diffusa est grātia in
lābiis tuis : * Propterea
benedixit te Deus in æter-

tabernaculis fiduciæ. —
Et cultus.

Lectio ij.

OMnium enim artifex
est enim in illa spiritus
intelligentiæ, sanctus,
únicus, múltiplex, súbtillis,
disértus, móbilis, incoin-
quinátus, certus, suāvis,
amans bonum, acutus,
quem nihil vetat, bene-
ficiens, humanus, bené-
gnus, stābilis, certus, se-
cūrus, omnem habens
virtutem, omnia prospici-
ens, et qui cāpiat om-
nes spiritus, intelligibilis,
mundus, súbtillis. Omni-
bus enim móbilibus mobi-
lior est sapiētia : attingit
autem ubique propter
suam munditiam. Vapor
est enim virtutis Dei, et
emanatio quædam est
claritatis omnipotentis
Dei sincera : et ideo nihil
inquinatum in eam in-
currat. Candor est enim
lucis æternæ, et spēcu-
lum sine mácula Dei ma-
jestatis, et imago bonitatis
illius, et cum sit una, om-
nia potest : et in se pér-
manens, omnia innovat,
et per nationes in animas
sanctas se transfert ami-
cos Dei et prophetas con-
stituit.

R. Diffusa est grātia in
lābiis tuis : * Propterea
benedixit te Deus in æter-

tabernaculis fiduciæ. —
Et cultus.

Lectio ij.

OMnium enim artifex
est enim in illa spiritus
intelligentiæ, sanctus,
únicus, múltiplex, súbtillis,
disértus, móbilis, incoin-
quinátus, certus, suāvis,
amans bonum, acutus,
quem nihil vetat, bene-
ficiens, humanus, bené-
gnus, stābilis, certus, se-
cūrus, omnem habens
virtutem, omnia prospici-
ens, et qui cāpiat om-
nes spiritus, intelligibilis,
mundus, súbtillis. Omni-
bus enim móbilibus mobi-
lior est sapiētia : attingit
autem ubique propter
suam munditiam. Vapor
est enim virtutis Dei, et
emanatio quædam est
claritatis omnipotentis
Dei sincera : et ideo nihil
inquinatum in eam in-
currat. Candor est enim
lucis æternæ, et spēcu-
lum sine mácula Dei ma-
jestatis, et imago bonitatis
illius, et cum sit una, om-
nia potest : et in se pér-
manens, omnia innovat,
et per nationes in animas
sanctas se transfert ami-
cos Dei et prophetas con-
stituit.

R. Diffusa est grātia in
lābiis tuis : * Propterea
benedixit te Deus in æter-

tabernaculis fiduciæ. —
Et cultus.